

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## LIBER

Ac morbus. priuatis vniuscuiusq; quia alii sunt cupidi. alii liberales. alii vrbanii alii callidi. Ergo p qua litate morum eorum qui audient erit oratio adaptanda. Nam si cupidus est. ad parsimoniam procius est. Si liberalis ad munificentiam. Si callidus ad dolum. Si vrbanus ad risum. Callide: ad naturae ratione pertinet. Perite ad morum experientiam: illa minima. s. legum morum iuris sciam. & naturam hominum cognoscere ac mores quibus rebus mouentur.

Hac tamen paulo post maximam vim habere dicit. Qzobre Concludit nunc Crassus: ex quo ostendit graculos illos contentiosos cupidiore esse quam veritatis: & verbi timodo controuersia torqueri Ornate. ad elegantiam verborum & sniarum. Compositae. ad ipsius orationis concinnitatem. Copiose. ad utrumque pertinet. Sine. ea scientia. scilicet aethica. Phisicus ille Democritus qui rerum naturam ex atomis constare dixit. A ciuilibus controuersis remotissimis: vt in timaeo de deo mundi: in Mennone de virtute: in phaedrone de anima: in Cresiphonte de republica. Alii ab oratoris studio. Si carne ades quem is. legimus omnem diuinandi tractasse rationem: duobus libris: quorum in altero de somniis: in altero de oraculis tractat. Etenim videmus: vult probare eloquentiam non phisicam: sed oratoris propriam esse & argumetatur hoc modo: Si elocutio propria phisica esset: quicquid sine elocutione phisicam tractaret: hic non esset phisicus appellendus. At complures phisicos phisicam nudis verbis: & sine vilo orationis ornatu tractarunt: hiis in numero subtilium phisicorum habent: non ergo est elocutio phisica propria: sed oratoris existimanda. Ieiune quatuor ad snias. Exiliter. ad verba. Neque. imo satisfecisse. Ob eam rem: quod ieiune & exiliter disputaret. Alienam. a philosophia. Quid ergo. quoniam videmus quosdam ieiune & exiliter disputasse: & eos quidem acutissimos. Quid interest: inter oratorem & phisicum: Vnum erit. vt ipse declarat: Vbertate sniarum. Copiam: verborum. Varietate propter tres characteres: sublimem mediocrem: & humile. Habent propriam compositam orationem: & ornata. & artificio. quadam expositione distincta: paucis verbis ostendit: quid oratorem habere oporteat: Propriam: ad elegantiam: Compositam: ad orationis concinnitatem. Propriam: vt pura sit oratio ac vsitatis & propriis verbis composita. Pura est oratio quae ab omnivicio remota seruat. Vsiata verba sunt quae versantur in sermonum & consuetudine quotidiana. Propria: quae eius rei verba sunt. aut esse possunt: quae de re agitur: & ex his verbis comparatur elegantia. Composita: vt oratio ex omni parte sit aequaliter perpolita sine biasitu. Artificio: ad id quod dixit propriam artificis enim est: nequando plus in materia progrediatur quam liceat: ergo: si voluerit orator propriam esse orationem: raro translationibus vtetur. Quod si vti voluerit. id artificiose faciat. Expositione. pertinet ad id quod dixit ornata. Ornata: ad dignitatem pertinet. Est enim dignitas: quae redit ornata orationem: varietate distinguens. Hac verborum: & sententiarum exornatione continetur. Quum ergo dicitur: propriam: compositam: & ornata: elocutionem complectitur vniuersam: quae in elegantiam diuiditur compositionem & dignitatem. Res: videlicet sententiarum. Percepta & cognita. bono vti ordine. Vel pro etiam optimorum. Nam si quis: Nunc eu idetius exponit quod superius incooperat: videlicet seculum in incognita ac moribus: in his ipsis rebus satis callide versari: & pite potest. Qui autem haec cognouerit sine quibus ne illa quidem minima in causis quicquid recte tueri potest: quid huic abesse poterit: de maximarum rerum scientia. Sin oratoris nil vis esse: nisi compositae: ornatae: copiose loqui: quomodo idem qui possit assequi: sine ea scientia: quae ei non concedis: dicendi non virtus nisi ei quae dicitur: et ea de quibus dicitur: precepta sint: extare non potest. Qzobre si ornate locutus est: sicut & ferunt et mihi videtur phisicus ille Democritus: materia illa fuit philosophiae: de qua dixit: ornatus vero ipse verborum oratorum putandus est. Et si Plato de rebus a ciuilibus controuersis remotissimis: diuinitus est locutus: quod ego concedo si idem Aristotiles: si Theophrastus si Carneades in rebus his de quibus disputauerunt eloquentes & in dicendo suaves atque ornati fuerunt: sint haec res de quibus disputant: in aliis quibusdam studiis orationis quidem ipsa propria est huius vniuersae rationis: de qua loquimur & quoniam. Etenim videmus iisdem de rebus ieiune quosdam & exiliter: vt eum quem acutissimum fert. Crysippum disputauisse. Neque ob eam rem philosophiae non satisfecisse: quod non habuerit ex arte: alienam hanc dicendi facultatem. Quid ergo interest: aut quae discernes eorum quos nominavi: in dicendo vbertate: & copiam: ab eorum exilitate: quae hanc dicendi varietate et elegantiam non vtuntur. Vnum erit profecto: quod ii qui bene dicunt: propriam compositam orationem: & ornata & artificio quodam expositione distincta habent: haec autem oratio si res non subest: ab oratore percepta & cognita: aut nulla sit necesse est: aut omnium irrisione laudatur: quid est enim tam furiosum quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subiecta sententia nec scientia. Quicquid erit igitur quacumque ex arte: quocumque de genere oratorum